Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



81

18

sit me donec dies est Sicut nox quãdo nemo po
test opari Quam diu in mundo sum: lux sũ mũdi
Hec cum dixisset: exspuit in terrã: et fecit lutũ
exsputo et linuit lutum sup oculos eius et dix
it ei Vade et laua in natatoria Siloe quod interp
tatur missus Abiit ergo et lauit. et uenit uidens
Itaq; uicini et qui uidebant eũ prius: quia mendi
cus erat dicebant Nonne hic ẽ qui sedebat et me
dicabat: Alij dicebant quia hic est: alij autem
nequaq; sed similis eius est Ille uero dicebat.
quia ego sum Dicebant ergo ei Quomodo aper
ta sunt tibi oculi Rẽndit. Ille homo qui dicitur
iesus. lutũ fecit et unxit oculos meos. et dixit
michi Vade ad natatoriã Siloe et laua: et abij et
laui et uidi Et dixerunt ei Vbi est ille Nesc
Nesciõ Adduxerunt eũ ad phariseos: qui ceco fuerat
Erat aut sabbũ: quãdo lutum fecit et aperuit
oculos eius Iterũ ergo interrogabant eũ phariſei
quomodo uidisset Ille aut dixit eis Lutum po
suit michi sup oculos: et abij et laui et uideo.
Dicebant ergo ex phariseis quidam Non est hic
homo a deo: qui sabbũ nõ custodit Alij dicebant
Quomodo potest homo peccator hec signa facere
Et scisma erat in eis Dicunt ergo ceco iterum.
Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos Ille
autem dixit: quia propheta est Non crediderunt
ergo iudei de illo: quia ceecus fuisset et uidisset.
donec uocauerũt parentes eius qui uiderat. et
interrogauerunt eos dicentes Hic est filius
ur quem uos dicitis. quia ceecus natus est Quo
modo ergo nunc uidet Rẽnderunt eis parentes